

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman S. S. Theologiae
Licentiatus & Professor. Ad deductionem funebrem quam Scitißimo puellulo
Joachimo-Davidi Movio, In templo Jacobaeo hodie hora prima Paratam exoptant
moestißimi parentes. Inclytae huius Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660835>


Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in
J. D. M o v i u s.
Rostock, 1631.

8.





PRORECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiae Licentiatus &
Professor.

Ad deductionem funebrem

quam

Scitissimo puellulo

JOACHIMO-DA-
VIDI MOVIO,

In templo Jacobaeo hodie hora prima

Paratam exoptant maestissimi parentes.

Inclytæ hujus Academiae Cives
peramanter invitat.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typo
ANNO, M DC. XXXI

JOACHIM O. DA.

ROSTOCK
1711



ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

PRORECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN, S.S.
Theologiæ Licentiatus & Professor.



Quantus parentum er-
ga liberos amor, quã arcta
ac intima propensionum
eorundum sit combinatio
non tam theoria quam
praxis ipsa docet & incul-
cat. Hinc quotquot parētū
nomenclaturã non habent hac de re cæcos, colores di-
judicãtes aut psittacū loquentē, sive Moniales
psalterium latinū demurmurantes imitantur.
Quãdmodū enim triga illa fratrū ignorantix,
rem ignotam, cujus aliã non solet esse cupido,
tractat, haut aliter *ænxio*; hanc rem dijudicant. Vident
equidem & auribus usurpant quodammodo
quanto parentes erga filios propendeant amo-
re, quanta eosdem prosequantur sollicitudine,
verum alienis oculis vident, & proprijs aurib9
non audiunt. ut non immerito illud comici de
eis usurpemus: tu si hic esses aliter sentirens.
propensionem hanc arctissimam expendens
Andreas Hondorfius in suo Theatro historico
rectissimè inquit: nullo arctiore vinculo homo

A 2

homi-


homini jungitur, nullo minus solubili nexu,
quam eo quo parentes liberis. Multa volumus
patriæ debere, multa parentibus multa demum
multis, sed filiorum causa omnia volumus, per
ferum, per flammam itur intrepide, si filio-
rum charitas postulet nullius incolumitas ho-
mini suavior nullum funus acerbius. σοφὴν illam Φου-
κῆν πρὸς τὰ τέκνα ut Cicero loquitur in suis ad Atticum
litteris, egregiè exprimit Chronicon Carionis,
historia ex Herodoto desumpta, hisce verbis:
cum filia (psammeniti) duceretur inter capti-
vas servili habitu missas ad aquam ferendam,
sedit pater psammenitus inter captos, videns
prætereuntem filiam, ac cæteris plorantibus:
ipse tacitus sedit, oculis in terram defixis. po-
stea cum filius duceretur inter cæteros interfi-
ciendus, sedit eodem modo tacitus. Post hos:
cum familiaris quidam duceretur inter capti-
vos plorare & caput ferire cœpit. Hæc cum a-
nimadvertisset Cambyses, interrogari eum
iussit, cur nunc ploraret, cum antea tacitus vi-
disset duci filiam & filium? Respondit: *Dome-
stica mala majora esse lacrymis, sed amici calami-
tatem posse lacrymis significari.* Unde liquet affe-
ctum illum parentum erga liberos, quem σοφὴν voca-
mus naturalem, tantum esse, ut ἀρρήτων illum appellari
posse non dubitemus, adeo quidem ut nullius
tan-


tantum sit flumen ingenij, nulla dicendi aut
 scribendi tanta vis, tantaq; copia, quæ propen-
 sionē hanc, altissimas in natura agentē radices
 non dicam exornare, sed ne enarrare quidem
 possit. Ex hoc propensionis naturalis fonte sca-
 turiunt voces amoris hujus indices quasi rivu-
 li quidam limpidissimi, à parentibus non vul-
 garibus, sed citra contradictionem cordatis &
 præcipuis, non à matribus, quarum amor ple-
 runq; solet esse cæcus & inordinatus, sed à pa-
 tribus cordatissimis; ita enim Cicero, diversis
 in locis inquit: salutem tibi plurimam adscri-
 bit, & Tulliola delicia nostræ. Item: Tulliola,
 deliciola nostræ. Item: Cicero meus modestis-
 simus, & suavissimus puer tibi salutem dicit.
 Item: *κακέρων ὁ μικρὸς ἀσπίδα τὸν ἄδελφόν*, & quæ
 sunt similia. Ex dictis hisce satis constare autu-
 mo, verissimam esse sententiam ex Hondorf-
 fio supra allegatam dicente: funere filiorum
 funus nullum esse acerbius. Quod licet in ge-
 nere de liberis utrumq; sexum complectentib9
 dicatur, magis tamen de sexu virili, qui solus
 est *ἄρ* sive paternæ familiæ memoriale & monimen-
 tum id affirmatur, cum sexus fæmineus sit *ἄρ*, non so-
 lum quod plerumq; obliviosus sit, minusq; me-
 moria polleat, sed imprimis quod in illo obli-
 vioni detur paterni nominis memoria. Quan-

coitaq; versentur in luctu defuncti nostri puelluli parentes. haut difficulter colligunt, similem fortunā experti; considerantes enim parentes mæstissimi, filioli sui cū nativitatē & ætatē, tum mores, vix à luctu sibi temperare valent. Natus ille fuit filius primogenitus & unicus, proindeq; stylo non scripturæ sacræ solum, sed ipsius experientiæ documento, charissim9. primus enim amoris paterni ac materni impet9 & fervor in primogenitos plenis phialis effunditur, dumq; adhuc unici sunt, in centro quasi constringitur, ubi militat physicorum axioma: virtus unita, fortior dispersa. Ætas defuncti nostri vix annum excedit, adeo ut de eo illud comici rectè affirmetur: jam primum introij. Mores, ætati illi convenientes blandi fuerunt, sæpius risu, amico contuitu &c. Parentes exhilaravit defunctus noster puellulus. Non autem hæc cogitabunt mæstissimi parentes sed præsentis seculi cōditionē expendentes filiolo suo, de hac felicitate quæ ipsi morte contigit ex animo grātulabuntur. Qui enim nunc diu vivit, diu torquetur, ergò qui in ipso vitæ exordio, vitæ peregit fabulam, parum torquetur. Quia vero programmatis instituti ratio ut Genealogiam defuncti nostri pertexamus requirit, huic
con-

consuetudini nos quoq; conformabim9. In lucem autem editus est defunctul9 noster *Jochims David Movius* anno elapso 17. Augusti prima, post mediam noctem: lucis autem illius usuram 8. hujus mensis & anni currentis 1631. reddidit. Avus paternus fuit vir Doctissimus *Joachimus Movius* Scholæ parchimensis ultra 52. annos cantor bene meritus Anno 1615. die S. Thomæ mortuus, filius *Johannis Movij* civis parchimensis primarij & *Anna Bossovia* ex antiqua Bossoviorum familia, quæ aliquot consules & senatores Reipubl. istius produxit. Avia autem materna *Margareta Voigts* anno 1608. die Mariæ Magdalenzæ denata, filia Dn. *Caspari Voigts* pastoris Woserinensis & *Engel Mejers* sororis Dn. *Danielis Meieri* Consulis Reipubl. parchimensis, quondā meritissimi. Avum matronum agnoscit virum Reverendum & clarissimum Dn. *Davidem Lobechium* S. S. Theologiæ Doctorem celeberrimum & professorem publicum. ac in æde S. Jacobi Archidiaconum fidelissimum Anno 1603. vita functum die exaltationis crucis, filium *Petri Lobechij* civis Hamburgensis primarij & *Agatba von der Eggen*. Aviam maternam vero *Ursulam Schachziam* hoc ipso anno 17. septemb. animam efflantem,

tem, filiam Reverendi & Clarissimi viri Dn.
Valentini Schachtij S. S. Theologiæ Doct. & pro-
fessoris celeberrimi, templi Jacobæi pastoris
vigilantissimi & *Margaretæ Hopners*. Patrem
habuit virum præstantissimum & Doctissimū
M. *Joachimum Movium* Scholæ senatoriæ col-
legam fidelissimum. Matrem *Elisabetham Lo-
bechianam* fæminam laudatiss. Cum autem pa-
rentes hi mæstissimi memores dicti Jehovæ:
pulvis es & in pulverem reverteris, filiolum
suum terræ matri reddere decreverit à vobis
cives Academici humanitatis officium petunt
quod, quia homines estis & humani nihil à vo-
bis alienum esse putatis, libentes præstabitis.
Rogant scil. ut frequentia vestra funeris dedu-
ctionem in æde S. Jacobi hora 1. instituendam
ornatiorem reddere non dedignemini. Quod
& ego à vobis singulis meo loco rogo, & ad
præstandum ultimum hunc honorem hortor
& moneo. Inter eundem autem mortalitatis
vestræ memores, pro felicissimo ex hoc mundi
ergastulo exitu, Deum rogate. P. P. Sub sigil-
lo Acad. 10. Novemb. Anno 1631.





consuetudini nos quoq; conformem autem editus est defunctus
David Movius anno elapso 17...
 ma, post mediam noctem: lucis...
 suram 8. hujus mensis & anni...
 reddidit. Avus paternus fuit vi...
Joachimus Movius Scholæ parcl...
 52. annos cantor bene meritus A...
 Thomæ mortuus, filius *Johanne*
 parchimensis primarij & *Anna*
 triqua Bossoviorum familia, quæ...
 les & senatores Reipubl. istius p...
 autem materna *Margareta Voi*
 die Mariæ Magdalenæ denata,
Spari Voigts pastoris *Woserin*
Mejers sororis Dn. *Danielis M*
 Reipubl. parchimensis, quondā r...
 vum matronum agnoscit virum
 & clarissimum Dn. *Davidem L*
 Theologiæ Doctorem celeberrim...
 forem publicum. ac in æde S. Iac...
 conum fidelissimum Anno 1603.
 die exaltationis crucis, filium *Pe*
 vis Hamburgensis primarij &
Egten. Aviam maternam vero *U*
uiam hoc ipso anno 17. septemb. a

